ment, cujꝰ ira & comminatio ſuper injuſtos, cujus miſericordia imperſcrutabilis & immenſa ſuper invocantes nomen tuum, & in te confidentes, Quoniam verò Medicina à te profluit, Herbarum, Stirpium, Lapidum & Metallorum facultates & vires tuæ ſunt, omnium naturalium & ſupernaturalium admirabilis es Artifex, Vitam & Spiritum per diſtinctos gradus, & ordines creaturis diſtribuens, genua ſubmitto, teq́ humili corde deprecor, ut me, measq́ actiones, conſilia & ſermones regas, quò remedia efficacia ægris meis tutè dicam & conſcribam. Confirma tu judicium rationis meæ, omnemq́ artem, & prudenter Medicinam factitem, ac omnia ad gloriam nominis tui dirigam, Amen.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG